



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Et primo, De ratione præceptorum iudicialium, quæ pertinent ad  
principes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

cepta non ordinantur ad figurandū, sed ad aliquid faciendum, ipsa eorum obseruatio absolute nō praeiudicat fidei ueritati, sed intentio obseruandi tanquā ex obligatione legis praeiudicat ueritati fidei: quia p hoc haberetur, quod status prioris populi adhuc duraret, & quod Christus nondum uenisset.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ iustitia quidem perpetuo est obseruanda, sed determinatio eorum q̄ sunt iusta scdm̄ institutionē humanā, uel diuinam, oportet q̄ uarietur secundū diuersū hominū statū.

AD SECVNDVM dicendum, quod praecepta iudicialia ad hominibus instituta, habēt perpetuam obligationem manēte illo statu regiminis, sed si ciuitas, uel gens ad aliud regimen deueniat, oportet leges mutari. Non enim eadem leges conueniunt in democratia, quae est potestas populi, & in oligarchia, quae est potestas diuitem, ut patet per Philo. in sua Politica: & ideo etiam mutato statu illius populi, oportuit praecepta iudicialia mutari.

\*Li. 3. c. 5. 6. & 9. to. 5.

AD TERTIVM dicendum, quod illa praecepta iudicialia disponebant populum ad iustitiam & aequitatem secundum quod conueniebat illi statui, sed post Christum, statum illius populi oportuit mutari, ut iam in Christo non esset discretio Gentilis & Iudei, sicut antea erat: & propter hoc oportuit etiam praecepta iudicialia mutari.

ARTICVLVS IIII.

*Utrum praecepta iudicialia possint habere aliquam certam diuisionem.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, q̄ praecepta iudicialia non possint habere aliquam certam diuisionem. Praecepta enim iudicialia ordinant homines adinuicē: sed ea quae inter homines ordinari oportet in usum eorū uenientia, nō cadunt sub certa distinctione, cum sint infinita. ergo praecepta iudicialia non possint habere certam distinctionem.

¶ 1. Præcepta iudicialia sūt determinatiōes moralium: sed moralia praecepta nō uidentur habere aliquam distinctionem, nisi secundum quod reducuntur ad praecepta decalogi. ergo praecepta iudicialia non habent aliquam certam distinctionem.

¶ 2. Præcepta caerimonialia, quia certam distinctionem habēt, eorū distinctio in lege inuenitur, dum quaedā uocantur sacrificia, quaedā obseruatiā, sed nulla distinctio inuenitur in lege praeceptorum iudicialiū. ergo uidetur q̄ non habeant certam distinctionem.

SED CONTRA. Vbi est ordo, oportet, quod sit distinctio, sed ratio ordinis maxime pertinet ad praecepta iudicialia, per quae populus ille ordinabatur. ergo maxime debent habere distinctionem certam.

RESPON. Dicendum, q̄ cum lex sit quasi quaedā ars humana uitae instituendae, uel ordinandae, sicut in uariisq; arte est certa distinctio regulari artis: ita oportet in qualibet lege eē certā distinctionē praeceptorū, aliter enim ipsa confusio utilitatem legis auferret. & ideo dicendum est q̄ praecepta iudicialia ueteris legis, per quae hoīes adinuicem ordinabantur, distinctionem habent secundum distinctionem ordinationis humane. Quadruplex autē ordo in aliquo populo inueniri potest. Vnus quidē principū populi ad subditos; alius autē subditorū adinuicem: tertius autē eorum qui sunt de populo ad extraneos: quartus autē ad domesticos, sicut patris ad filium, uxoris ad uirū, & dñi ad seruum. & scdm̄ istos quatuor ordines distigui possunt p̄cepta iudicialia ueteris legis. Dantur autē quaedam praecepta de institutione principum, &

officio eorum, & de reuerētia eis exhibenda. Quaedam praecepta pertinentia ad concuēs ad p̄nta, circa emptiones & uenditiones, & similes penas: & haec est secunda pars iudicialium praeceptorum. Dantur etiam quaedam praecepta pertinentia ad extraneos, puta, de bellis contra hostes, & de p̄pione peregrinorum & aduenarum: & haec est tertia pars iudicialium praeceptorum. Dantur etiam quaedam praecepta pertinentia ad domesticos conuersationem, sicut de fertis, & uxoriis, & haec est quarta pars iudicialium praeceptorum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ ea quae pertinent ad ordinationem hominum adinuicem, sunt de numero infinita, sed tamen reduci possunt aliqua certa secundum differentiam ordinationis humane, ut dictum est.

AD SECVNDVM dicendum, quod praecepta morali sunt prima in genere moralium, ut supra dictum est: & ideo conuenienter alia praecepta moralia & caerimonialia habent aliam rationem ordinationis, non quidem ex ratione naturali, sed ex sola institutione: & ideo distinctionis eorum est ratio.

AD TERTIVM dicendum, quod ex ipsis ueteris praecepta iudicialia ordinantur in lege, ut lex distinctionem iudicialium praeceptorum.

QVAESTIO CV.

*De ratione iudicialium praeceptorum in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandū est de ratione iudicialiū praeceptorum.

ET CIRCA hoc queruntur quatuor.

¶ Primo, De ratione praeceptorū iudicialium, quae pertinet ad principes.

¶ Secundo, De his quae pertinent ad conuictum hominum adinuicem.

¶ Tertio, De his quae pertinent ad extraneos.

¶ Quarto, De his quae pertinent ad domesticam conuersationem.

ARTICVLVS PRIMVS.

*Utrum conuenienter lex uetus de principibus ordinatur.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod conuenienter lex uetus de principibus ordinatur. Quia, ut Philosophus dicit in 3. Politic. ordinationem populi praeipue dependet ex maximo principis, sed in lege nō inuenitur qualiter debeat ordinari primus princeps, inuenitur autem de inferioribus principibus, primo quidem Exod. 18. Proponit enim omni plebe uiros sapientes &c. & Nutram in gregem mihi 70. uiros de senioribus Israel. & dicitur. primo. Date ex uobis uiros sapientes, &c. ergo insufficienter lex uetus principes ordinauit.

¶ 2. Preter. Optimi est optima adducere, ut dicitur, sed optima ordinatio ciuitatis, uel populi, cunquē est, ut gubernetur per regem, quia

di regnum maximè repræsentat diuinum regimen, quod unus Deus mundum gubernat a principio. igitur lex debuit regem populo instituire, & non permittere hoc eorum arbitrio, sicut permittitur Deut. 17. Cum dixeris, constitutum super me regem, eum constitues &c.

¶ 3. Præter. Sicut dicitur Matth. 12. Omne regnū in seipsum diuisum desolabitur. quod etiam experimēto patuit in populo Iudæorum, in quo fuit diuisio regni destructionis causa: sed lex præcipue dēt intendere ea, quæ pertinent ad communem salutem populi. ergo debuit in lege prohiberi diuisio regni in duos reges: nec etiā debuit hoc auctoritate diuina introduci, sicut legitur introductum auctoritate Domini per Ahiam Silonitem Prophetam 3. Reg. 11.

¶ 4. Præter. Sicut sacerdotes instituantur ad utilitatem populi in his quæ ad Deū p̄tinēt, ut patet Hebr. 5. ita principes etiam instituantur ad utilitatem populi in rebus humanis, sed sacerdotibus & leuitis, qui sunt in lege, deputantur aliqua ex quibus uiuere debeāt, sicut decimæ & primitiæ, & multa alia huiusmodi. ergo similiter principibus populi debuerunt aliqua ordinari unde sustentarentur, & præcipue cum inhi bita sit eis munera acceptio, ut patet Exo. 23. Non accipietis munera, quæ excecant etiam prudentes, & subuertunt uerba iustorum.

¶ 5. Præter. Sicut regnum est optimum regimen, ita tyrannus est pessima corruptio regiminis, sed Dominus regem instituendo, instituit ius tyrannicum. Dicitur enim 1. Regum 8. Hoc erit ius regis, qui imperaturus est uobis, filios uestros tollet &c. ergo inconuenienter fuit prouisum per legem circa principum ordinationem.

SED CONTRA est, quod populus Israel de plenitudine ordinationis commendatur. Num. 24. Quæ pulchra sunt tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel: sed pulchritudo ordinationis populi depēdet ex principibus bene institutis ergo per legem populus fuit circa principes bene institutus.

RESPON. Dicendum, quod circa bonam ordinationem principum in aliqua ciuitate, uel gente duo sunt attendenda, quorum unum est, ut oēs aliquam partē habeant in principatu: per hanc. n. cōseruatur pax populi, & oēs talē ordinationem amāt & custodiunt, ut dicitur in 2. Polit. Aliud est quod attenditur scilicet in spem regiminis, uel ordinationis principatum, cuius cū sint diuersæ species, ut Philof. tradit in 3. Polit. præcipue tamen est unum regimen, in quo unus principatur scilicet in uirtutem: & aristocratia, id est potestas optimorum, in qua aliqui pauci principantur secundū uirtutem. Vñ optima ordinatio principum ē in aliqua ciuitate, uel regno, in qua unus p̄ficitur scdm uirtutē, quibus p̄sūt, & sub ipso sunt aliqui principantes scdm uirtutē: & tñ talis principatus ad oēs pertinet, tum quia ex oibus eligi possunt: tum quia et ab omnibus eliguntur. Talis. n. est optima politia bene composita ex regno, in quantum unus præest: & aristocratia, in quantum multi principantur secundum uirtutem: & ex democratia, id est potestate populi, in quantum ex popularibus possunt eligi principes, & ad populū pertinet electio principum: & hoc fuit institutum secundū legē diuinā. Nā Moyles, & eius successores gubernabāt populum quasi singulariter oibus principantes, quod est quædam species regni. Eligebātur autem septuaginta duo Seniores secundum uirtutē. Dicitur Deut. 1. Tuli de uestris tribubus uiros sapiētes & nobiles, & constitui eos principes. & hoc erat aristocraticum: sed democraticū erat, quod isti de omni populo eligebātur. Dicitur enim Exod. 18. Proui-

A de de omni plebe uiros sapientes &c. & etiam quod populus eos eligebat. unde dicitur Deut. 1. Date uobis uiros sapientes &c. unde patet, quod optima fuit ordinatio principum, quam lex instituit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod populus ille speciali cura Dei regebatur: unde dicitur Deut. 7. Te elegit dominus Deus tuus, ut sis ei populus peculiaris: & ideo institutionem summi principis Dñs sibi reseruauit. & hoc est quod Moyles petiuit Num. 27. Prouideat dominus Deus spirituum omnis carnis hominem, qui sit super multitudinem hanc: & sic ex Dei ordinatione institutus est Iosue in principatu post Moylen. & de singulis iudicibus qui post Iosue fuerunt, legitur, quod Deus suscitauit populo saluatorem, & quod spiritus Domini fuit in eis, ut patet Iudicum 2. Et ideo ē electionem Regis non commisit Dominus populo, sed sibi reseruauit, ut patet Deuter. 17. Eum constitues regem, quem dominus Deus tuus elegerit.

AD SECUNDUM dicendum, quod regnum est optimū regimen populi, si non corrumpatur, sed propter magnam potestatem quæ regi conceditur, de facili regimen degenerat in tyrannidem, nisi sit perfecta uirtus eius, cui talis potestas conceditur: quia non est nisi uirtuosi bene ferre bonas fortunas, ut Philof. dicit in 10. Ethic. Perfecta autem uirtus in paucis inuenitur, & præcipue Iudæi crudeles erant, & ad auaritiā prouisi, per quæ uirtia maxime homines in tyrannidē decidunt. Et ideo Dominus a principio eis regē non instituit cum plena potestate, sed iudicem & gubernatorem in eorum custodiam: sed postea regem ad petitionem populi quasi indignatus concessit, ut patet per hoc quod dixit ad Samuelem 1. Regum 8. Nō te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Instituit tamen a principio circa regem instituendum, primo quidem modum eligendi, in quo duo determinauit, ut. scilicet in eius electione expectaret iudicium Domini, & ut nō facerent regem alterius gentis, quia tales reges solent parum affici ad gentem, cui præficiuntur, & per consequens non curare de eis. Secundo ordinauit circa reges institutos qualiter deberent se habere quātum ad seipfos, ut. scilicet non multiplicarent curas & equos, neque uxores, neque ēt immensas diuitias, qui ex cupiditate horum principes ad tyrannidē declināt, & iustitiā derelinquunt. Instituit etiam qualiter se deberent habere ad Deum, ut. scilicet p̄legerent, & cogitarent de lege Dei, & semper essent in Dei timore, & obedientia. Instituit etiam qualiter se haberent ad subditos suos, ut. scilicet non superbia eos contemnerent, aut opprimerent, neque etiam a iustitia declinarent.

AD TERTIUM dicendum, quod diuisio regni & multitudo regum magis est populo illi data in poenam pro multis dissensionibus eorum, quas maxime contra regem Dauid iustum mouerant, quā ad eorum profectum. unde dicitur Osée 13. Dabo tibi regem in furore meo. & Osée 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui.

AD QUARTUM dicendum, quod sacerdotes per successionem originis sacris deputabantur, & hoc ideo ut in maiori reuerentia haberentur, si non quilibet ex populo posset sacerdos fieri, quorum honor cedebat in reuerentiam diuini cultus: & ideo oportuit ut eis specialia quædam deputarentur tam in de cimis, quā in primitiis, quā etiam in oblationibus & sacrificiis, ex quibus uiuerent. Sed principes sicut dicitur est, assumebantur ex toto populo: & ideo habebant certas possessiones proprias, ex quibus uiuere poterant, & præcipue cum Dominus prohiberet etiam in lege ne superabundarent diuitiis, aut

In corp. art.



magnifico apparatu, tum quia non erat facile quin ex his in superbiam, & tyrannidem erigerentur; tū etiam quia si principes non erant multum diuites, & erat laboriosus principatus, & sollicitudine plenus, non multum affectabatur a popularibus, & sic tollebatur seditionis materia.

AD QUINTVM Dicendum, quod illud ius nō debebatur regi ex institutione diuina, sed magis prænunciabatur usurpatio regum, qui sibi ius iniquum constituunt in tyrannidem degenerantes, & subditos deprædantes. & hoc patet per hoc quod in fine subdit. Vosque eritis ei serui: quod proprie pertinet ad tyrannidem, quia tyranni suis subditis principantur ut seruis. unde hoc dicebat Samuel ad terrendū eos ne regem peterent, sequitur enim. Noluit autē audire populus uocem Samuelis.

¶ Potest tamen contingere, quod bonus rex absque tyrannide filios tollat, & constituat tribunos, & centuriones, & multa accipiat a subditis suis propter commune bonum procurandum.

ARTICVLVS III.

*Utrum conuenienter fuerint tradita præcepta iudicialia quantum ad popularium conuictum.*

AD SECVDVM sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter fuerint tradita præcepta iudicialia, quantum ad popularium conuictum. Non enim possunt homines pacifice uiuere adinuicem, si unus accipiat ea quæ sunt alterius, sed hoc uidetur eē inductum in lege. dicitur enim Deut. 23. Ingressus uineam proximi tui comedere uinas quantum tibi placuerit. ergo lex uetus non conuenienter prouidebat hominum paci.

¶ 2 Præ. Ex hoc maxime multæ ciuitates. & regna destruitur, quod possessiones ad mulieres pueniūt ut \* Philosophus dicit in 2. Polit. sed hoc fuit inductum in ueteri lege. dicitur enim Num. 27. Homo cū mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hæreditas. ergo nō conuenienter prouidit lex salutem populi.

¶ 3 Præ. Societas hominum maxime conseruatur per hoc, quod homines emendo & uendendo, sibi inuicem res suas commutant, quibus indigent, ut dicitur in 1. \* Pol. sed lex uetus abstulit uirtutem uenditionis, mandauit. n. quod possessio uendita reuenteretur ad uenditorem in quinquagesimo anno Iubilæi, ut patet Leuit. 25. inconuenienter igitur lex populum illum circa hoc instituit.

¶ 4 Præ. Necessitatibus hominū maxime expedit, ut homines sint prompti ad mutuum cōcedēdum, quod quidem promptitudo tollitur per hoc, quod creditores accepta non reddunt. unde dicitur Eccl. 29. Multi non cā nequitia non fenerati sunt, sed fraudati gratis timuerunt. hoc autem induxit in lege, quia mandauit Deut. 15. Cui dētur aliquid ab amico, uel proximo, ac fratre suo, repetere non poterit, quia annus remissionis est Domini. & Exod. 22. dicitur, quod si pignus domino animal mutuarū mortuū fuerit, reddere non tenetur. Secundō, quia aufertur ei securitas, quæ hñ per pignus dicitur. n. Deut. 24. Cū repetes a proximo tuo rem aliquam quam dēt tibi, non ingredieris domum eius ut pignus auferas. & iterū: Non pernoctabit apud te pignus, sed statim reddes ei: ergo insufficienter fuit ordinatū in lege de mutuis.

¶ 5 Præ. Ex defraudatione depositi maximum periculum imminet: & ideo est maxima cautela adhibenda. unde etiam dicit Mach. 3. quod sacerdotes inuocabāt eum de celo, quod de depositis legem posuit, ut his qui

F deposuerant ea salua custodiret, sed in preteritis legis parua cautela circa deposita addita. enim Exod. 22. quod in amissione depositi in ramento eius apud quem fuit depositum.

¶ 6 Præ. Sicut aliquis mercenarius locat operam ita etiam aliqui locant domum, uel quatuordecim iusmodi, sed non est necessarium, ut statim pro locata domo conductor exhibeat. ergo etiam in his durum fuit quod precipitur Leuit. 19. Non rabitur opus mercenarii tui apud te uel quatuordecim.

¶ 7 Præ. Cum frequenter imminet iudicium necessitas, facilius debet esse accessus ad iudicium uenienter igitur statuit lex Deut. 17. ut irent ad iudicium in diebus illis.

¶ 8 Præ. Possibile est non solum duos, sed etiam plures concordare ad mentiuendum. inconuenienter igitur dicitur Deute. 19. In ore duorum trium testium stabit omne uerbum.

¶ 9 Præ. Pena debet taxari secundum quantum culpe, unde dicitur etiam Deut. 25. Pro mensura cati, erit & plagatum modus: sed quibusdam libus culpis lex statuit inæquales penas. Dicitur Exo. 22. quod restituitur fur quinque boues pro boue, & quatuor oues pro una oue. quare non multum graui peccata graui pena puniuntur. sicut Num. 15. lapidatus est, qui collegerat ligna in batho. Filius etiam proteruis propter paratitiam quia scilicet comestrationibus uacabat & comamandatum lapidari, Deut. 21. igitur inconuenienter in lege sunt instituta pene.

¶ 10 Præ. Sicut Aug. dicit 21. de ciuitate Dei. genera penarum in legibus esse scribit Tullius. in natura, uin cula, uerbera, talionem, ignominiam mortem, seruitutem: ex quibus aliqua sunt instituta. Damnum quidem, sicut cum fur condempnatus ad quintuplum, uel quadruplum. Vincula sicut Num. 15. mandatur de quodā, quod in iudicio includatur. Verbera uerō, sicut Deut. 25. Si peccauit, dignum uiderint plagis, proteruitatem se facient uerberari. Ignominiam etiam illi, qui nolebat accipere uxorem fratris sui de qua tollebat calciamentū illius, & spuebat in illius. Mortem etiam inferrebat, ut patet Exo. 21. maledixerit patri suo, aut matri, morte mortuam etiam talionis lex induxit, dicens Exo. 21. lum pro oculo, dentem pro dente. Inconuenienter uidetur, quod alias duas penas, scilicet exitum salutem lex uetus non infligit.

¶ 11 Præ. Pena non debetur nisi culpæ, sed animalia non possunt habere culpam. ergo inconuenienter eis infligitur pena, Exod. 21. Bos lapidabitur qui occiderit uirum, aut mulierem. Deut. 20. dicitur: Mulier quæ succubuerit cuiuslibet uirito, simul interficiatur cum eo. sic igitur inconuenienter ea quæ pertinent ad conuictum mutuum adinuicem, fuerint in lege ueteri ordinata.

¶ 12 Præ. Dominus mandauit Exo. 21. quod occiduum morte hominis puniretur, sed mors animalis multo minus reputatur, quam occisio hominis. ergo non potest sufficienter recompenari homicidii per occisionem bruti animalis. uenienter igitur mandatur Deute. 21. quod qui inuentum fuerit cadauer occisi hominis, & sepelitur eisdem reus, seniores propinquioris ciuitatis uentulam de armento, quæ non traxit in terra, ram atque saxosam, quæ nunquam arata esset, in terra recepit, & cecident in ea ceruices uitæ.

li. 2. c. 7. ad med. to. 5.

Lib. 1. c. 5. & 7. to. 5.